Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



16

et misereamini et aspicient ad me quem fixe=
runt me et plangent eum quasi unigenitum
et dolebunt eum sicut doluissent in morte
primogeniti Illo die erit planctus magnus
in Israhel et dicent ei Hinc sunt plagae hae
in medio manuum tuarum Et dicet eis His plagis
plagatus sum in testimonio eorum qui diligebant me
domo mea suscepit adversum me
pastorem meum et virum cohaerentem
mihi dicit dns exercituum Percutiam pastorem
et dispergentur oves gregis Graduale
In tribulatione expectavit cor meum et miseria
et non fuit consolantem me quesivi et non in=
veni Et dederunt in escam meam fel et
in sitim potaverunt me acto Alleluia Ave
rex tu solus nostros tollens errores miseros
patri obediens ductus ad cruxem ut agnus
mansuetus ad occisionem tibi gloria sempi=
terne laudis gestans coronam Ew m secundum Johan
In illo tempore Sciens Jhs quia ora iam consum=
mata sunt ut consummaretur scriptura dicit Sitio
Illi autem spongiam plenam aceto et ysopo
circumponentes obtulerunt ori eius Cum
ergo accepisset Jhs acetum dixit Consummatum